



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

32. De injuriis Sacerdotum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

226 R E G I N O N I S L I B . II.  
hominis , qui propter tale facinus ad mortem  
fuerit judicatus , ad legitimos heredes illius  
perveniat. Si in atrio Ecclesiæ , cuius porta re-  
liquiis sanctorum consecrata est , hujuscemo-  
di homicidium perpetratum fuerit , similiter  
componatur & emendetur. Si vero non est  
consecrata , eodem modo componatur sicut  
componi debet quod in immunitate violata  
committitur.

*In vetustissimo codice M S. monasterij Ri-  
vipullenſis , qui continet libros septem Capi-  
tularium , post illa verba , congruam facino-  
ri quod admisit pœnitentiam accipiat , iſta  
ſtatim adduntur. id est , xxii. annis , vii. ex  
his in pane & aqua ad ostium Ecclesiæ fa-  
tisfaciat , remotus ab oratione & commu-  
nione fidelium. ceteros septem societur ora-  
tioni fidelium. transactos qui supersunt vii.  
communionem plenam perfectè subsequar-  
tur. Abſtentia ejus facerdotali providen-  
tia temperetur. Si proprius servus &c.*

De injuriis Sacerdotum vel Clericorum.  
*Ex eodem , cap. xiv.*

Lib. 4. Capi-  
tular. c. 14.  
Lib. 2. Leg.  
Longob. tit.  
40. c. 6.

X X X I I . Sanguinis effusio in Ecclesia fa-  
cta cum fuste , si Presbyter fuerit , triplo com-  
ponatur , duas partes eidem Presbytero , ter-  
tia pro fredo ad Ecclesiam , & insuper bannus  
noſter. Similiter de Diacono juxta compo-  
nitionem ejus in triplo cum banno noſtro com-  
ponatur. De Subdiacono & de unius cuiuscun-  
que ordinis Clerico secundum ſuam compo-  
nitionem in triplo persolvatur , & insuper ban-  
nus noſter.